157

128

CREDIDISTI UERBIS MEIS. QUAE IMPLEBUNTUR IN TEMPORE SUO

Uult intellegi quia si homo talia promitteret: inpune signum flagitare liceret; At cum angelus promittit: iam dubitare non deceat ;
D atque signum qd rogatur: Ut qui discredendo locutus est: uim tacendo credere discat. Ubi notandum qd angelus se & ante dm̄ astare: & ad euangelizandum zachariae missum ee testatur: Quia & ad nos ueniunt angeli: sic exterius implent ministerium: Ut tamen numquam desinant interius p contemplationem; & mittuntur igitur: & assistunt ;
Quia & si circumscriptus est angelicus sps̄: summus tamen sps̄ ipse qui ds̄ est circumscriptus non est angeli. Itaque & missi ante ipsum sunt: quia quolibet & missi ueniunt: intra ipsum currunt ;

ET ERAT PLEBS EXPECTANS ZACHARIAM. ET MIRABATUR QUOD TARDARET IPSE IN TEMPLO; EGRESSUS AUTEM: NON POTERAT LOQUI AD ILLOS; ET COGNOUERUNT QUOD UISIONEM UIDISSET IN TEMPLO; ET IPSE ERAT INNUENS ILLIS: ET PERMANSIT MUTUS; ET FACTUM EST UT IMPLERENTUR DIES OFFITII EIUS: ABIIT IN DOMUM SUAM

Hoc est qd dixi quia uicis suae tempore pontifices templi tantum officiis mancipati: Non solum a conplexu uxorum: sed ab ipso quoq; domorum suarum abstinerent ingressu; Ubi nostri temporis sacerdotibus: Quibus semp altari seruire iubetur: perpetuae seruandae castitatis exemplum datur; Quia enim tunc sacerdotali ex stirpe aaron: successio & sed perfectio spiritalis inquiritur: consequenter sacerdotibus ut semp altari queunt adsistere: semp ab uxoribus continendum: semp castitas obseruanda praecipitur ;

POST HAEC AUTEM DIES CONCEPIT ELISABETH UXOR EIUS

Post dies uidelicet officii zachariae conpletos: huius sacratissimae conceptionis iohannes constantinopolitanae urbis antestis: mentionem faciens. Gesta sunt haec inquid mense septembri: octauo kalendas octobris: incipiente luna undecima. quando oportebat & quaerebatur necessarie tempus subsequendo obseruabatur; At quia nunc non carnalis successio